



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Cambium

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

Cambium vide Contractus.

1 **P**ermutari potest pecunia cum altera diuersi metalli cum lucro moderato.

* De Cambijs multa *Mol. Lopez, Mercatus, Nau. Garzias à c. 30. & alij multi. Cor. p. 2. Ioann. Medina de restit. Bannes in 2. 2. q. 78. art. 4. Sot. l. 6. q. 8.*

* *Nau. c. 17. num. 288. Sot. l. 6. q. 9. art. vn. Sylu. Vsuræ 4. §. 7. Caiet.*

2 Aureus cuius pretium æstimatur vndecim Iulij potest dari pro duodecim: est enim illa pretij taxatio facta ad emptiones, non ad permutationes.

* *Sot. l. c. Tol. l. 5. c. 51. nu. 7.*

3 Plus valet pecunia præsens loco, quam absens: item cum multi accipiunt ad cambium, & pauci dant: item ob metallum, figuram, pondus, temporis occasionem, dubium de valoris mutatione, raritatem, aut dantis incommodum, quæ considerari oportet, ne facile cambia, quæ sunt in vsu, damnentur.

* *Tol. l. c. c. 54. nu. 2. Nau. l. c. nu. 194.*

4 In cambio lucrari solet, qui rogatur pecuniam accipere alibi reddendam, vel dare alibi recipiendam: illic enim velut transfert ad locum vbi reddenda, hic autem velut à loco vbi recipienda.

* *Tol. l. c. c. 53. nu. 6.*

5 Cambio lucrari etiam ei licet, qui alioqui non

non
sed e

* T

6 Et

litera

enim

hiber

bus a

ditio

sante

possu

const

* Na

7 Ca

si faci

8 Ca

procu

cet cre

tur:

Bulla

C

1 C

potest

rere, vi

pus. I

Papæ c

Congreg

non

non habet ordinarium campforis officium,
sed ex occasione oblata facit.

* *Tol. l. c. c. Si. num. 9. ex Sot.*

6 Etiam in eodem regno licet cambium per
litteras, etsi id lex aliqua prohibeat; præsumit
enim fraudem: quæ si absit, non intendit pro-
hibere. Idemque dicendum de cambijs omni-
bus alioqui licitis, aut cambiorum licitis con-
ditionibus, si lege aliqua prohibeantur: ces-
sante enim fraude quam lex præsumit, fieri
possunt: nisi ex ipsa lege vel consuetudine
constet oppositum.

* *Nau. l. c. nu. 290.*

7 Cambia dubia si facta, non condemnanda;
si facienda, non approbanda.

8 Cambium quod fit sustinente campforis
procuratore duas personas in nundinis, scili-
cet creditoris, & debitoris, quod vulgo dici-
tur: *Collaricorsa*, est à Pio V. approbatum, in
Bulla quadam data ad Bononienses.

CAPITVLVM, VIDE
Beneficium.

1 **C**apitulum, sede vacante, succedit Epi-
scopo in iurisdictione ordinaria: itaque
potest absolvere, dispensare, statuere, inqui-
rere, visitare, & dare indulgentias, vt Episco-
pus. Non confert tamen beneficia: id enim
Papæ est reseruatum, *secundum declarationem*
Congregationis Concilij. Nauarrus autem ait,
C posse